



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

## SV MMARIV M.

- 1 Crimen blasphemiae est mixti fori, & quomodo id intelligatur.
- 2 Pœna blasphemantium quæ sit.
- 3 Verba, pro prima vice, intelleguntur pro prima vice punitio-
- 4 An fructus superiorum in casu amissionis accrescant interessentiis.
- 5 In hoc delicto procedit pœnitentia simplicem, & secretam denun-
- 6 Blasphemanti calore iracundiae quando minuatur pœna.

## C A P. XXIV.

## De Blasphemia.



Vi contra Deum, vel  
B. Virginem, vel sanctos Blasphemare  
præsumunt, ab ecclastico & seculari  
Indice puniri possunt c. statuimus  
vbi DD. de maled. Auth. ut non  
Luxurient. homin. con. Natur. &  
quoniam coll. 6. Clar. in § blasphemia  
vers. hoc crimen Boff. in tit. de  
Inquisit. 132. Bellett. tit. de fui. Cle  
ric. real. § 4. n. 131. Megal. in ver. bla  
phemia n. 9. Barbof. de off. & pot.  
Episc. par. 3. cap. 51. n. 93. & 94.  
Vulp. in Prax. Iudic. cap. 41. n. 47.  
hoc tamen intellige de blasphemia  
simplici, non hereticali: quia  
de hereticali Episcopus, & inqui  
sitor tantum cognoscunt c. ut In  
quisitionis § prohibemus de Ha  
ret. in 6. Vulp. d. cap. 41. n. 47. Io:

Franc. Leo in Theffor. Eccles. par  
2. cap. 1. num. 30. Megal. loco cit.  
Layman. in Theol. moral. lib. 4. tr. 9.  
cap. 2. n. 5: Dian. par. 4. tr. 7. ref. 8.  
vers. nota etiam Bonacini. de legib.  
disput. 3. q. 8. pun. 1. n. 5. quicquid  
dicat Barbof. d. p. 3. all. 51. num. 89.  
Dicitur autem blasphemia non  
solum quādo attribuitur Deo ad  
dendo, vel minuendo quod non  
est, sed etiam quando habetur  
turpiter sermo de Deo Boff. in tit.  
de inquisit. n. 131. in fin.

De iure ciuili contra blasphemantes  
pœna mortis statuta est,  
in d. Auth. ut non luxurient. homin.  
con. nat. in fin. hæc tamen pœna  
nō seruatur propter multitudinem  
blasphemantium, ut d. Ricc. in  
Prax. for. Eccles. par. 4. ref. 41. sed  
arbitrio Iudicis puniuntur inspe  
cta qualitate personarū Bonifac.  
de Vitalin. in tract. de malef. tit.  
de pœna blasphem. Deum & Sanct.  
n. 3. Clar. ut sup. vers. sed quero. De  
iure vero canonico coguntur ad  
publicam pœnitentiam ante fo  
res Ecclesiæ faciendam modo, &  
forma, prout in cap. 2. de maled.  
Ricc. in Prax. par. 3. ref. 41. quæ ta  
men pœna non habet locum in cle  
ricis, quibus publica pœnitentia  
non est iniungenda cap. 1. de Bigam.  
Barthol. Socin. conf. 119. n. 7. vol. 4.  
Barbof. d. all. 51. n. 97. sed arbitria  
pœna puniuntur, ut d. Ricc. d. par.  
3. ref. 42.

In Tribunalis autem Inquisitorum  
blasphemus infimæ sortis fla  
gellis cœditur cum publica pœni  
tentia, in publicoque spectaculo,  
lingua ferro, vel ligno compre  
hensa, cum abiurazione de leui:  
nobilis